Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Si tu es rex iudeorum saluum
te fac. Erat autem et superscri
ptio scripta super illum: lit
teris grecis et latinis et
hebraicis. Hic est rex iu
deorum. Unus autem de hiis
qui pendebant latronibus
blasphemabat eum dicens.
Si tu es xpistus: saluum
fac temetipsum et nos. Re
spondens autem alter incre
pabat eum dicens. Ne
que tu times deum: quod in e
adem dampnacione es. Et
nos quidem iuste. nam
digna factis recipimus
hic vero nichil mali ges
sit. Et dicebat ad ihesum.
Domine. memento mei
cum veneris in regnum
tuum. Et dixit illi ihesus. Amen
dico tibi: hodie mecum
eris in paradyso. Erat fere hora
sexta: et tenebre facte
sunt in uniuersa terra usque
in horam nonam. Et obscu
ratus est sol et velum
templi scissum est in medi
um. Et clamans voce
magna ihesus ait. Pater
in manus tuas commendo
spiritum meum. Et hec dicens
expirauit. Videns autem
Centurio quod factum fuerat
glorificauit deum dicens.
Vere hic homo iustus
erat. Et omnis turba eorum
qui simul aderant ad
spectaculum istud: et vide
bant que fiebant. percucientes
pectora sua reuertebantur.
Stabant autem omnes no
ti eius a longe et mulie
res que secute erant eum
a galilea hec videntes.
Et ecce vir nomine ioseph
qui erat decurio vir bonus
et iustus: hic non consen
serat consilio et actibus eo
rum ab arimathia ciui
tate iudee qui expectabat
et ipse regnum dei. Hic ac
cessit ad pylatum: et pe
ciit corpus ihesu. Et depo